

sonarum Trinitas. 3. Natura. 4. Opera.

1 Essentiâ Deus Testator unus est *a*, si- Aphori-  
smus.  
ve una tantùm & individua ejus essentia.

*a Deut. 6. v. 4. Deut. 32. v. 39. Es. 44. v. 6.  
item 1. Cor. 8. v. 4. Ephes. 4. v. 5. 6. Galat. 3.  
v. 20.*

2 Et quidem non aggregatione, non genere, non specie, non demique consensu, sed NUMERO, non Arithmetico, sed transcendentali, sic ut essentia nunquam dicatur de Deo in plurali numero, atque ita in Deo non sint plures essentiæ & dii, sed unus tantùm Deus, JEHOVA, Zebaoth.

H. Zanchius  
lib. 1. de tri-  
bus Elohim  
cap. 3. & c.

## LOCUS IIII.

### DE TRINITATE.

Personarum trinitas est, qua etsi Deus Aphori-  
smus.  
Testator quoad essentiam unus est, ta-  
men in unica ejus essentia tres sunt perso-  
næ *a*, certis modis subsistendi inter se di-  
stinctæ.

*a 1. Johan. 5. v. 7. Matth. 3. v. 16. & 28 v. 19.  
2. Cor. 13. v. ultimo.*

2 Alius namque Deus pater, alius Deus filius, alius Deus S. Sanctus est, quibus essentia communis est, ita ut tota singulis illis personis insit.

3 Pater est prima persona Deitatis, qui ipse ingenitus divino & nobis ineffabili